

quis potest esse Episcopus, & nullius ecclesie erit Episcopus, sicut contingit in illo, qui renunciavit loco, & non dignitati. unde cum idem sit vinculum Episcopi ad ecclesiam, & electi maxime confirmati, id est iuris obtinet in utroque, ergo sicut translatio Episcoporum, depositio, & cessio, sic & electorum post confirmationem soli sunt Romano Pontifici reservata, quamvis usque ad tempora ista, quod cautum fuerat de Episcopis, expressum non fuerat de electis propter similitudinem, vel potius identitatem, & similibus idem debet esse iudicium. Ultimo respondet tacite questioni, quae potest fieri per canonem. ubi cauetur de electo, ut si vitra sex menses ecclesiam, retinuerit viduatum, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accipiat, immo cedat iudicio sui Metropolitanus, pro quod decretum videbatur, quod Archiepiscopi predicti bene fecissent. Respondet Papa. non ob. decretum illud, & aliter intellegendibus, quam diximus, decretum suffragari non potest, quia ecclesia non intelligitur vidua quasi sponsum non habeat, sed quia quaedam sunt quae non potest facere, cum nondum sit consecratus. & quod sequitur in canone, iudicio Metropolitanus cedat, illud fuit statutum ad poenam, unde non debet trahi ad gratiam, ut sicut deiicitur propter suam, negligentiam a Metropolitanus, ita posset ab eodem ad aliam ecclesiam transferri, & quia illud concessit Archiepiscopi: unde, quod dixit de cessione, poterat dici de translatione, si hoc fieri voluisset, quia aliquando intelligitur prohibitu, quod non est in iure expressum. Ber. In text. ibi. Quam construantur. Item ibi, Honorem dare, supple, quia Episcopus solus potest conferre ordines etiam sacros, & tamen solus, auferre non potest, ut habetur. 15. q. 7. c. foelix, & c. si autem, & ca. vlti. Item ibi. Condemnari, id est, deponi. Nam aliter bene possunt condemnari, infra de offic. ordin. c. pastoralis, & eod. tit. c. 1. in 6. Item ibi, Praecipiens, supple, Matthei. 12. Item ibi, Sicut ergo probat dissolutionem matrimonii, spiritualis esse inter electum, & confirmatum, & ecclesiam ad quam est electus, licet non consecratus. Et per hoc infertur transferre electum & confirmatum est soli Romano Pontifici reservatum. In text. ibi, Sed neque, hic respondet ad duo obiecta, quae poterant fieri ex canone, quoniam quidam 100. dist. Item ibi, Sane, hic facti narratio, ex qua sumitur casus. Item ibi, Metropolitanus suum, s. Archiepiscopus Rothomagen. sub cuius provincia est ecclesia Abricē. Episcopus ecclesiae Andegaven. est sub Archiepiscopo Turon. Not. quod corporalia facilius dissoluntur, quam construantur, secus in spiritualibus, quia e contra facilius construantur quam destruantur. 1. No. quod Episcopus solus non potest deponere ab ordine, licet solus possit dare ordinem, facit quod habetur de penis. ca. degradatio lib. 6. Et sic patet, quod hoc casu non procedit regula, quae habet, quod eius est solvere, cuius est ligare. 2. No. quod Episcopi non possunt a Metropolitanis deponi sine licentia Papae, de quo in c. 1. de iudi. possunt tamen aliter condemnari, ut dixi super litera. 1. No. quod arg. a minori validum est in iure, de quo in c. cum in cunctis, supra de elec. unde si id, quod est leuius, censetur reservatum Papae, fortius id, quod est gravius. 1. No. quod solus Papa potest dissolvere vinculum spiritualis matrimonii, quod contrahitur inter electum, & confirmatum in Episcopi, & ecclesiam suam. 1. Not. quod factum a vicario Dei, censetur factum esse ab ipso Deo: b & gesta per ipsum vicarium, videtur esse gesta per ipsum dominum. 1. No. auctoritatem illam. Quos Deus coniunxit, homo non separet, & sic videtur, quod matrimonium carnale a solo Deo dissolvatur. Et si dicatur, soluitur etiam interdum per sententiam inferiorum iudicium soluitur matrimonium carnale, ut patet ex his, quae habentur, infra de iureiur. in c. queadmodum. & infra de fri. per totum. & de diuor. per totum. dicit Inu. quod tunc index non dissolvit auctoritate propria, sed auctoritate canonum qui capiunt auctoritatem a Papa, & sic a Deo, cum & potestas codendi canones a Deo processerit, ut in c. pcedenti. Vel posset dici, quod verum est dicere, quos Deus coniunxit homo non separet, nisi licet extrinsece coniuncti videantur, ut quando aliqui exerunt in gradibus prohibitis, de quibus, infra de consan. & aih. c. non det. Hof. dicit tales bene separet homo, seu index clericus ex constitutione ecclesie, quia non sunt vere tunc a Deo coniuncti pro impedimento canonicum subsistens. No. tria reservata sibi Apostolice, cessio, & traslatio, & depositio Episcoporum, & per quodlibet isto riu dissolvitur,

vinculum matrimonii spiritualis, de multis aliis not. inf. de of. le. ca. quod translatione, in ver. sicut ait. 1. No. 1. quod confirmatus in Episcopum quo ad vinculum matrimonii spiritualis equiparatur consecrato in Episcopum, quia sicut Episcopus consecratus non potest cedere, aut transferri sine auctoritate Papae, sic non potest confirmatus electus. Et est ratio, quia difficultas dissolventi surgit a substantia vinculi matrimonialis, quod vinculum datur per solam confirmationem, licet non intercesserit consecratio. Et no. quod vinculum matrimonii spiritualis contrahitur inter personas eligentium, & electi, facit quod habetur supra de elec. c. cum inter canonicos, & inf. ut lite non cor. c. quoniam. si vero. & sit indissolubile. 9. in ipso actu confirmationis, vti hic colligitur. 1. No. quod coniugium spirituale dicitur contrahi inter personas eligentium, & electi, unde ipsi eligentes sunt qui contrahunt, & de contrahi inter electum & eligentes, quasi ecclesia representantes, & per hoc et inter Episcopum, & ecclesiam, ut d. c. relatum. 1. No. quod consecratio quo ad substantiam vinculi spiritualis nihil addit, sed ex sola confirmatione est perpetuum ipsum matrimonium. Potest tamen dici, quod confirmatio per consecrationem consummat matrimonium spirituale per ea, quae habentur. inf. eo. c. si. sicut consecratio carnale per copulam, & licet consecratio quo ad vinculum nihil addat, tamen addit quo ad alia, videlicet quo ad potestatem exercendi ea, quae sunt ordinis Episcopalis. 1. Not. quod illud dicitur de substantia alicuius, quo posito, & illud etiam potest. Illud autem non dicitur esse de substantia alicuius, de cuius remotione non remouetur, sed remanet. Et ideo dignitas Episcopalis, seu consecratio non est de substantia matrimonii spiritualis, quia sine illo matrimonio potest esse dignitas Episcopalis, ut patet in Episcopo, qui renunciavit Episcopatu, & non ordini, & sic in Episcopo Nullaten. & similiter potest esse matrimonium spirituale sine dignitate Episcopali, ut patet in electo confirmato & non consecrato. Ex predictis potest etiam notari quod additio noua, quae fit ex accidenti, non a terat substantiam ex quo non confert ad materiam, & substantiam ipsius subiecti. 1. Not. quod ubi remanet eadem causa, & substantia, licet aliquid accidens varietur, non variatur dispositio. Et ad hoc etiam potest notare, quod ubi datur participium, causae

ADDITIONES

- a Non potest deponere ab ordine. Vide de hoc late per S. ec. in tit. de accus. 2. ver. item terminum. & sequantissime per Berth. de sim. in tract. de Episcopo. 4. lib. 8. p. 2. Jac. Bur. & Bald. in auth. presbyter. C. de episc. & cler. Bar. in l. qui cum vno. s. ex auctoritate. ff. de re iud. & Ang. in tract. maleficin. glo. in ver. caput a spauis. n. ult. col. Zac.
- b Per ipsum vicarium. Vide text. in l. 1. s. si. de rel. & sump. fune. per quem dixit Bal. in ca. de of. c. deleg. quod qui occidit ambrosium in Principis, iudicium in cumen l. ex mascula. ac in Principem occidit. Item per illum text. dixit Bal. in c. ex literis. de off. deleg. quod qui impedit literas iudicis non deseratur, dicitur interre iniuriam ipsi iudici, vide etiam text. in c. p. 1. mus. 93. di. fin. quem dicit omnia singu. Ro. in fin. 631. incip. Bar. in l. huius. vide et text. ubi Abb. no. in ca. de off. del. ubi Mod. & Bar. in l. huius. ff. de leg. 1. Sep. Sap.
- c De substantia. Ad haec & quae sequuntur, vide text. in ca. iur. c. glo. si. in fine de Bapt. & bo. text. in l. pacta conu. n. a. si de contrahen. emp. & optimum text. in l. ff. de ad. leg. Et dicitur, quod substantia est id, quod primum res aliquid est. Natura: si, quo primum res talis est Solennitas est, quo primum solennitas est, & id quo primum deducitur ad esse, quod ad naturam esse. Substantia ergo ponit rem in quoditate natura ponit rem in qualitate, & differtentia. Solennitas est quidam modus circa ipsa dicitur not. Bal. in l. etiam. c. de p. n. c. de exce. rei iudic. De ordine autem & quod complexio de eundem Bal. in l. prolatam. C. de sen. & quando predictorum omisit, & de fectu. v. et, & quando non, vide in predictis iuribus, & Bar. in l. huius. ff. de leg. 1. in additione, & vide Bal. in l. si veritas, C. de fideicom. & l. ad exactione, C. de fo. promiss. & vide Fel. extendentem rem in c. quoniam si p. n. c. in 4. & 5. col. inf. ut lite non cont. & vide 10. signa, quando aliquid est de forma, relata per eum de F. in l. c. u. dilecta, in ver. de forma substantia, de concess. prob. Calistus Amadeus.
- d Circa ea quae sunt de substantia, vel de natura alicuius rei. Adde quod pluribus modis quid dicitur esse de natura rei, vti non eius naturae, diff. & vide bo. glo. Inff. de act. in s. conditiones. Et ea quae sunt de natura rei, sunt immutabilia, vti in s. de naturalia, Inff. de iure nar. gen. & c. u. & vide Bal. in l. s. libertatis, C. de cad. tol. & eundem Bal. in l. tract. schim. in 20. col. ubi dixit, quod natura trasformatur in qualitates, & vide glo. in Auth. de non elig. secundo nub. in s. 1. in Auth. quod mod. nat. effi. legi. in prin. q. dixerunt, quod natura quodque proprie, nouas inuenire formas. Et adde, quod potius est incipienti, quod est de natura, quod illud, quod est ex accidenti, ut est gl. in s. panos. Inff. de rer. diuiso. & in l. jun. s. bellas. ff. de posthu. & Bar. in l. si. ff. de offi. proconsul. & lega. & per Dy. & Bar. in l. 3. in s. ff. de iure & per Bar. & Alex. in l. si quis posthum. ff. de libe. & posthu. & adde, quod cum in iure inueniuntur, aliqua, quae debent inueniri in actu, illa intelliguntur esse de substantia, siue de forma, ut no. A. chin. in c. quoru. da. 23. dist. & habetur in c. ecclesia vestra. in s. deniq. ac in c. quod proprie de elec. & ideo solemus dicere, quod omisitio substantiam vti actum. l. et hi. s. ff. de pretor. ff. de tran. & vide Ang. in cont. 35. ubi declarat, an sit aliqua diff. inter substantiam, & formaliam, ad quod vide B. Th. in l. in ent. art. 1. dist. 23. art. 1. vbi dicit, quod substantia differt ab essentia & substantia rei, & vide eundem in dist. 25. art. 1. & in sententia. un. dist. 37. art. 1. & in 4. q. dist. 5. art. 8. ubi dicit, quod substantia dicitur multipliciter, quod ibi late declarat, & vide, & in omni substantia inueniuntur esse, & operatio, ut per eundem Thomam in 2. sententiarum, dist. 37. art. 5. Ant. Fran.